

dentis. 1. i. ff. ut possid. reg. 65. in 6. 3. Possessio bona fide est modus acquirendi dominium fructuum ex re possessa percepientem, ut mox dicam. 4. Possessio bona fide affect condicionem usucapiendi res possedam, si legitimo tempore continuetur sit. de usucap.

69. R. 2. Possessor bona fide facit fructus mere industriales omnes suos: cum hi ex industria illius proveniant; ut si quid lucrum negotiando cum vino, frumento &c. 2. Fructus industriales provenientes ex corpore, seu mixtos, in quibus requirunt opera hominis; uti sunt segetes ex seminato frumento natae; item fructus mere naturales, quae natura producit rebus absque ulla opera hominis; uti sunt poma, frumentum animalium &c. facit suos interim, & condicione, uti res evita non fuerit. lib. 48. princip. ff. de Acquir. rer. Dom. ubi ratio additur: quia possessor bona fide quod ad fructus attinet, loco domini penes est. Plura de his vide in Jur. Can. lib. 2. tit. 12. & in meis Disp. Jurid. Disp. 6. Contrav. 6. cum seq.

70. Q. V. Quomodo amittatur possesso rerum corporalium? R. 1. Non tantum corpore, & animo simul, sed etiam solo animo. Ita l. 3. §. 6. ff. b. tit. ibi: itaque si in fundo sit, & tamen nolis eum possedere, prout amitis possessorem: igitur amitis & animo solo posse, quamvis acquiri non posset. Idem habetur l. 17. §. un. ff. eod. Quibus, uti & sibi isti contrariatur Ulp. l. 8. ff. eod. sed commoda conciliatio datur; quod, si amissio possessionis incipiat ab animo, hac amittitur solo animo; quia minus requiritur ad destructionem, quam acquisitionem rei; si vero incipiat a corpore, tunc corpore, & animo simul amittitur. Dilecti: dominum eius manet, qui dominus esse non vult. cit. l. 17. ergo & possesso manet ejus, qui non vult esse possessor. Neg. conseq. ex eadem leg. quia dominium sine facto nostro non amittitur; si quidem traditionis, & usucaptionibus, non nudis paciis dominia transferuntur lib. 20. Cod. de pastu. Licit etiam nuda voluntate dominum amitti posse, si dominus velit rem haberi pro dresdeta §. 47. de rer. divis. & contra possesso, upone minus firma corruit, si animus possidendi defit.

71. R. 2. Possessio corporalium amittitur omnibus illis modis, quibus res ab uno ad alterum transferuntur; cum due in solidum possidere nequeant. Et quidem in specie rerum mobilium, & immovimenti amittitur possesso, dum ex potestate, & custodia nostra evadunt, ut adhuc sufficiens diligentia repertori nequeant; ut si annulus perdatur, animalia fugam capiant, vel si fur aliquid surripiat, vel depositarius rem depositam contreretur ut suam, cum loco movendo &c. At dominium talium rerum non amittitur, nisi animalia fera se recipiant in naturalem libertatem, ut supra dictum. Servus autem profugus tandem manet sub nostra potestate, quandom ad alio non occupatur. lib. 1. §. 14. lib. 3. 15. 47. ff. hoc sit. ubi plura exempla reperiuntur. 2. Possessio rerum immobilium tunc amittitur iusta occupatione, dum possessor vi dejicitur, vel si prado clam ingressus est possessionis, ei non refutatur; vel si resistat, atramen repellatur ab invadore. lib. 3. §. 8. 9. ff. b. tit. Item inundatione fluminis, aut maris. lib. 3. §. 17. eod. cui non obstat l. 3. §. 30. eod. nam legitur affirmativa in plurimis exemplaribus: possidere nos desimus: vel procedit de modica inundatione, quae cito transit. In hoc tamen casu, si inundatio non sit perpetua, nec specie agri mutet, salvum manet dominium fundi l. 13. pr. eod. Varios de hac possessionis materia casus vide in hoc tit. ff. & Cod. de acq. possess. & in Jure Can. lib. 2. tit. 12.

## TITULUS II.

## De Rebus corporalibus, &amp; incorporalibus.

1. A. Gitur de hac materia in Pandectis libr. 1. tit. 8. & affectur hic alia rerum divisio: in corporales, que tangi possunt, seu sensu corporali percipi; ut sonus, honos; & incorporales, que tangi non possunt, sed solo intellectu percipi, & plerumque in iure consistunt; uti sunt hereditas accepta pro iure successionalis, ususfructus, usus, obligations, servitum

tes, seu jura prediorum, possessio tam ut est juris, quam facti, & plurima alia jura; ut jus venandi, praescendi, & in spiritualibus jus officii, beneficii ecclesiastici, praetutare &c. Ita Imp. b. 1. ubi aliqua, sed non omnia exempla, que innumerata sunt, recenset. Multum autem interest has Jurium fictiones nosse: sic enim jus obligationis ad tradendam, vel concedendam pecuniam aliud est ab ipsa pecunia, jus venandi aliud a seris, jus hereditatis, aliud a rebus hereditariis; & ideo qui vendit jus hereditatis, non tenet de cessione rerum singularium; secus si vendat res singulares hereditates. C. de exiliorum.

2. Q. I. Quomodo acquiratur proprietas rerum incorporalium? R. 1. Jura personalia, seu ad rem, acquiruntur ex contractibus, vel quasi-contractibus, ex delictis, vel quasi-delictis; seu omnibus illis modis, quibus alterius persona nobis obligatur; uti sunt mutuum, commodatum, iustitia, furtum, imperitia, iudicis male judicantis, sponsalia, clemcio ad prælatum &c.

3. R. 2. Jura realia, seu in re acquiruntur aliquae actus, qui vim habet traditionis, modo adhuc iusti titulus, capacitas in subiecto, & potestas in tradente, seu conferente ius reali. In specie Jura realia acquiri possunt emptione, donatione, permutatione, pro dote, legato, vel alia ultima voluntate, concessione, aut institutione Principis, vel alterius Superioris; qualiter officiales publici acquirunt jus jurisdictionis, & Magistratus &c. In spiritualibus jus reale conjugale acquiritur per matrimonium, jus Episcopatus, vel prælatorum per confirmationem Superioris, jus Parochie, vel alterius beneficii per collationem liberam, vel institutionem canonicanam, jus vivendi in statu regulari per professionem religiosam &c. Item acquisitio principali, acquiruntur iura acceſſoria ei connexa; uti jus praefestandi annexum castro, jus eligendi, presentandi, instituendi &c. c. 19. de Jurepar. ubi pacifica possesso includit bonam fidem. 2. Ad agendum interdicto; alias probata mala fide repelluntur quis ab agendo. l. 1. ff. de aqua quorid. 3. Ad fructus, faciendo suos, qui male fidei possessor nullum fructum facit suum. §. 35. de R. Us.

4. Q. II. Quomodo acquiratur quasi possesso juri, seu rerum incorporalium? R. 1. Si jura inherentia corporali, acquista hujus possessione, etiam acquiri possent: nam jura incorporela non possunt vere apprehendi, & trahi l. 43. §. 1. ff. de Acq. Rer. Dom. sed ipse usus juris, scientie, & non contradicente domino exercitus, vix habet apprehensionis, seu traditionis possessionis l. fin. ff. de Servit. ergo Quod si jura negativum, seu servitum negativa acquirendi sit, requiretur, ut cam acquirere volens contradicere alteri volenti jus suum exercere, & si acquireat, vix gr. ne axes sua altius tollat, ne in suo fundo venetur &c. Quot autem actus requirantur ad acquirendam quasi-possessionem Jurium, id Jure definitum est, sed ex qualitate juris, aliquique circumstantiis definiuntur.

5. R. 2. Si jura nulli corpori inherentia, eorum quasi possesso acquiruntur usi, & exercitio talium juri, scientie, & non contradicente eo, cuius est actum concedere, vel negare; modo adhuc animus acquirendi possessionem: nam jura incorporela non possunt vere apprehendi, & trahi l. 43. §. 1. ff. de Acq. Rer. Dom. sed ipse usus juris, scientie, & non contradicente domino exercitus, vix habet apprehensionis, seu traditionis possessionis l. fin. ff. de Servit. ergo Quod si jura negativum, seu servitum negativa acquirendi sit, requiretur, ut cam acquirere volens contradicere alteri volenti jus suum exercere, & si acquireat, vix gr. ne axes sua altius tollat, ne in suo fundo venetur &c. Quot autem actus requirantur ad acquirendam quasi-possessionem Jurium, id Jure definitum est, sed ex qualitate juris, aliquique circumstantiis definiuntur.

6. R. 3. Ad acquirendam quasi-possessionem servitum negativum, seu jura negativa, sufficit unicus actus prohibitorius cum patientia adverteri, qui defensio a juri usi, hoc ipso factu tale jus alteri competere. Sic acquiruntur jura activa negativa v. g. ne alter aliud adficeret, ne venetur in suo, ne Regulates certa hora concionentur, campanas pulsent. Divina celebrent &c. in quibus vigilem esse oportet, ne quis ad nudam alterius contradictionem defensio ab aliis iuris proprii; & ita sententia eo spoliatur. 2. Ut acquiratur quasi possesso juris affirmativi in illa materia, in qua actus concedi non potest absque expressa protestatione, sufficit unus actus juris v. g. semel eligere, vel suffragari in capitulo, semel prefatente, semel visitare canonice. lib. 1. §. 21. ff. de aqua quorid. cap. 3. de causis.

## De Rebus corporalibus, &amp; incorporalibus.

caus. poss. c. 5. de Prob. in 6. ubi per unicam promotionem Clerici secularis, ex beneficio regulari factum est facultare. 3. Ut acquiratur quasi-possesso Jurium in illa materia, in qua actus quandoque, raro tamen concedi solet ex gratia, & amicitia, non sufficit unus actus, sed plures arbitrio Judicis sunt necessarii; ita ut censeatur iure proprio exerciti. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinore, atque privat. Sic acquiruntur ius eundi in fundum alterius, ibi ludendi, accupum excedenti, pomum decerpsti, carnandi &c. 4. In illa materia, in qua semper, vel faltem frequenter actus concedi solet ex amicitia, & gratia; nec plurimi actus sufficiunt ad acquirendam quasi-possessionem juris: quia tales actus sunt mera facultatis, & voluntarii, non gratiosi, non vero obligatorii. Unde si plurimi vicibus inviteris, & admittaris ad mensam magni domini, non hoc non acquires jus comedendi ad ejus mensam. Excipe, nisi aliud ex circumstantiis colligatur; ut si Episcopus a monasterio libera ratione visitacionis exigat procurations. c. 14. de Confibus, Ceterum in scientia, & patientia domini probari possit, non est opus, ut illo personaliter praefente actus fiant, sed sufficit, quod res nota sit in vicinia, & dominus contra non reclamat, vel si reclamat, tamen alteri instanti non refutar. argum. c. 8. de presumpt. nam non reclamans, vel a reclamatione defensis, censemur adversario contentire. Excipe, nisi quis contradicitione sua efficaciter nequeat potenti adversario refutare: tunc enim patiendo non sibi prejudicat, quia culpa caret, qui seit, sed prohibere non posse. lib. culpa caret, ff. de R. J.

7. Q. III. An quasi-possesso iurium acquiri possit mala fide? R. affirmativa: nam sicut corporalium, ita & incorporalium possesso alia est bona, alla mala fidei; ut si quis dolose usurpet ius ususfructus, jurisdictionis, parochie &c. At bona fides requiriatur: 1. ad valide exercendum ius v. gr. eligendi, presentandi, instituendi &c. c. 19. de Jurepar. ubi pacifica possesso includit bonam fidem. 2. Ad agendum interdicto; alias probata mala fide repelluntur quis ab agendo. l. 1. ff. de aqua quorid. 3. Ad fructus, faciendo suos, qui male fidei possessor nullum fructum facit suum. §. 35. de R. Us.

8. Q. IV. Quomodo amittatur quasi-possesso iurium? R. 1. Nobis voluntibus amittitur cessione castri, aut dignitatis, cui jura annexa sunt; vel alii modis translati, uti & non usi; aut privatione nobis etiam nolentibus; ut si Clericus privetur beneficio. 2. Si quis ex timore, & purillanimitate non prohibeat alterum ab usurpatione juris, quia censemur animus possidendi defuerit: secus est, si contradicat, & protestetur se non velle possessmentum juris amittere. arg. can. 4. Pontifices. 7. q. 1. Dices: Resistentia, & protestatio non sufficit ad retinendam possessionem corporalium l. 25. §. fin. ff. de acq. poss. ergo nec incorporalium. Nego conseq. nam incorporalia tenacius inhaerent, & difficiliter perduntur: e contra corporalia difficulter contrahuntur, sed facilius destruantur. c. 2. de transl. Epist.

9. Q. V. Que sint aliae divisiones rerum? R. 1. In immobiles soli, & mobiles, vel se moventes, que de loco ad locum moveri possunt l. 93. ff. de V. S. ex quibus aliquae sunt pretiosa, que servando servari possunt; ut vasa aurea, aliquae fungibiles, que usi consumuntur; ut frumentum, vinum. Jura, nomina, & actiones sequuntur conditionem rei, circa quam versantur, atque ita annumerantur immobiles, si circa immobiles, & mobilis, si circa mobilia versentur. l. 7. §. in peculio ff. de peculio. Unde institutus heres in mobilibus, habet iura mobilium, & in immobiliis habet iura immobilium.

10. R. 2. Pecunia numerata accensetur mobilibus. Ita com. contra Jafon. ex 1.95. ff. de leg. 3. Nov. 22. cap. 45. §. si vero universa &c. nam pecunia pro commerciis influita de manu in manum moverit. Nec obstat l. 79. §. 1. ff. de legat. 3. nam in priore membro pecunia non accensetur mobilibus legatis, quia pecunia definita singulare non existere in domo tefaroris. 2. Pecunia ex venditione; immobilem redacta habetur pro re mobilis; cum aliud sit pecunia aliud sit ipa lib. 82. ff. de Verb. Sign. lib. 28. ff. de novat. Nec obstat lib. 21. ff. de perit. hered. uti dicitur pre. P. Remigii a S. Erasmo, Pars I.

rius succedere in locum ret: nam id plerumque veri fieri in iudicio universali, & actione quad motus causa. l. 18. ff. quod met. caus. fallit autem in iudicis singularibus: sic enim premium ex re furtiva comparatum, furtivum non est. l. 48. §. fin. ff. de furt. pecunia ex pignore distracto quiesca, non est pignus. l. 7. §. un. ff. qui potior. in pign. res ab altero empta ex mea pecunia, non tam meo nomine, mea non est. l. 6. C. de Rer. Verbi. 3. Similiter pecunia definita ad emptionem praedi, est res mobilis: nam definitio ista non mutat naturam pecunie. Sic lignum definitum ad carbones coquendum, non venit appellatio carbonum l. 55. §. 7. ff. de legat. 3. & pecunia definita ad emendam mercem in societatem, non censemur communis sociorum. lib. 58. §. 1. ff. pro Socio. Oppositum probabilius reat Cledet. 4. Jus annuorum reddituum accentetur immobilibus: nam stabile est, ipsis redditus plerumque ex re immobili solvantur.

## Connexio Precedentium, &amp; Consequentium.

A Crum est de divisione, acquisitione, & ammissione rerum corporalium, & incorporalium, in genere; nam Imp. speciatim tractabit de incorporalibus; uti sunt servitutis, ususfructus, usus, habitatio; & licet in Pandectis prius agatur de ususfructu, tanquam nobiliori specie servitutis; hic tamen agitur prius de servitutibus praedialibus, tanquam firmioribus, & diu-nioribus.

## TITULUS III.

## De Servitutibus Prediorum.

A Gitur de hac materia in Pandectis lib. 8. per rot. A In Codice lib. 3. tit. 34. 1. Nota 1. Servitum hic non accipi pro conditione status, sicut sit de jure personae, sed pro jure rei, in re aliena; quo sensu servitum est ius reale aliquid habendum in re aliena, hujus dominium minuens, & tale ius habenti utilitatem affert. Ita in re communis nam servitus duo importat: gravamen rei alienae, impedientia de eius usum liberum, & commodum respectu habentis servitutem in re aliena; & ideo admittuntur rebus suis servitutis, ius suum diminuit, alterius auxit. l. 5. §. 9. ff. de Nov. Oper. Nam. In eo, cui debentur, dicitur servitus alterius mox definitus; in eo vero, a quo debentur, dicitur servitus propria, seu subjectio rei proprie ad commodum alterius.

2. Nota 2. Servitum dividit: 1. In personale, que a re debetur persona; uti ususfructus, usus, habitatio: & realia, seu praedialia, que a re debetur rei, seu predio alieno. Mixta ex utraque frustra, & sine fundamento singulare: nam divisa ista spectatur ex termino cui, qui vel est persona, vel predium. Dicitur autem personalis, non quasi esse jus personalis, cum omnis servitus sit ius reale; sed quia coheret omnibus persona, & cum persona extinguitur; uti ususfructus, de quo seq. tit. 2. Praedialis subdividitur in urbanam, que debetur predio urbano, & rusticam, que debetur predio rusticum; five deinde debetur aptedium urbano, five rusticum, cum in hac divisione non attendatur terminus, seu predictum, a quo, sed terminus, seu predictum cui. Predium urbanum est, quod ordinatur ad usum urbanum; seu propter homines, v. gr. ad habitationem, negotiationem, recreationem, five situm sit in civitate, five ruris. Rusticum est, quod ordinatur ad usum rusticum; uti agri, vinea, prata, stabula, horrea, five situm sit ruris, five in civitate; cum denominatio ista non determinatur a loco, sed a fine, seu usi, ad quem praedia ordinantur. lib. 166. & 198. ff. de Verb. Sign. Unde hortus recreationis causa constitutus ruris, urbanus est: si vero sit in redditu, ut uvas, olivas, velatis fructus fermento, est rusticus. Ibid. Similiter stabula, si ordinatur ad contineendas pecora, sunt predictum rusticum; si vero sunt meritoria, vel concessa ad habitationem pauperum, sunt predictum urbanum. Porro illud predictum, cui altero debetur servitus, vocatur dominus: illud vero, quod patitur, & debet alteri servitutem, dicitur servitum. Ex ipsa ter quod servitutes ex natura sua nec sunt urbane, nec rusticae, sed hanc de-

nominacionem accipiunt a predio dominante; ita ut ab urbano dicantur *urbane*, a rustico *rustica*. 3. Dividitur servitus in *positivam*, seu *affirmativam*, vi cuius aliquid fieri exigitur; ut iter, via, servitus oneris ferendi &c. & *Negativam*, vi cuius aliquid fieri prohibetur; ut altius non tollere ades, non offere luminibus &c. 4. In *continuum*, que fere sine interrupcio- ne currit; ut *aqueductus*; & *quasi-continuum*, ut *fili- ciliidum*; & *dilectionis*, que actus interruptuos habet; ut iter, via, aqua, haifus &c.

3. Q. I. *Quis promittere, & constitutre possit servitum?* R. Ille solus, qui pleno jure est dominus predii, liberam habent facultatem alienandi: nam fundum subiecte servitum est diminuere ejus dominium, & alienare, quod non conceditur, nisi domino pleno. *Promissio* servitum parie judas rem, seu obligationem personalem; *confituum* vero judas in re, seu actionem realem confessoriam, aut negatoriam. Unde constitutre servitum nequeunt: 1. *Fruituaris*, imo nec proprietarius, si per hoc ususfructus redderetur deterior. L. 1. §. fin. ff. de usfr. 2. *Superficiaris*, licet conventionem ab eo iurata Prator meatur. lib. 1. §. fin. ff. de Superficie. 3. *Sociis in fundo communis* L. 2. ff. b. t. quo causa potior est conditio prohibentis L. 27. ff. de Ser. Pred. Urb. 4. *Tutor*, vel curator in fundo pupillari fine decreto Judicis L. 3. §. 5. ff. de rebus Minor. & Prator in fundo Ecclesie L. 14. C. de SS. Ecol. c. 5. de reb. Ecc. 5. *Marius* in re dotali. L. 5. ff. de fundo dotali. 6. *Vassalus*, & *emphyteuta*, cum jure dominorum censeantur, servitum quidem fundo imponere possunt; sed illorum jure resoluto, pariter servitus resolutur. L. 12. C. de fundis patrimonii quia resoluto rite dantis, resolutur quoque jus accipientis. L. 31. ff. de pignor. 2. F. tit. 8.

4. Q. II. *Quis acquirere possit servitum?* R. qui- cumque iurum acquirendorum capax. Servitum autem praediale non acquirit aliis nisi dominus predii vicini, five per se, five per alienam personam connexam; ut per servum, fructuatum, vassalum, emphyteutum. L. 12. ff. b. t. L. 15. §. fin. ff. de usfr. nam per hoc conditio predii, cui servitus inheret, redditur melior. Sufficit autem praedium futurum, cui acquisitione servitus. L. 23. ff. de Ser. Pred. Urb. Servitus quoque, que regulariter est predialis, tanquam personalis reliquias potest non habentem praedium; ut servitus aquam decendi, pecus pacendi. lib. 4. pr. ff. de Ser. Pred. Rust.

5. Q. III. *Quo modo constitutur, & acquiratur servitus?* R. 1. *Altius inter vitios per stipulationem*, vel aliam conventionem; quo causa necessaria est traditio, cuius vicem subit in servitute affirmativa usus unius & patientia alterius; in negativa omisso actus liberi in fundo arg. L. fin. ff. b. t. 2. Ultima voluntate. §. 4. b. t. quo causa servitus legata, ipso jure transfit ad legatarium, ut statim actione reali experi per fit. L. 80. ff. de legat. 2. 3. *Leges, vel statuti*, qualiter Principes prohibere potest civibus, ne ades altius tollant. 4. *Uficatione decennii inter praesentes, & vicinum inter abentes*. L. nro. in fin. C. de yres. long. temp. ubi sublata eti Lex Scribonia prohibens uicaptionem servitum. Nec obstat L. 3. C. de prefer. 30. ubi jura dicuntur praescribi spatio 30. vel 40. annos: nam id procedit de iuribus per se statutis; non vero de servitibus, qua tanquam accessoria sequuntur naturam fundi immobiliaris, decennio, vel vicennio praescribilibus. An vero ad hanc prescriptionem, prater bonam fidem, requiratur iustus titulus positivus, an sufficiat negativus, seu patientia domini contradicunt, dicam lib. 2. *De rebus tit. 26.*

6. R. 2. Servitutes praediales debent confinii pretere, non ex tempore, vel ad tempus, non sub conditione, five extinzione, five inchoativa, ut vult. Accursum non in opere temporario, & defectibili manufacto v. g. in castello, seu receptaculo, in quo rotis, & organis hydraulicis aqua trahuntur. Ita L. 4. ff. b. t. L. 28. ff. de Ser. Pred. Urb. ubi Juris Confusio subdit, quod omnes servitutes prediacionis perpetuas causas habere debent, scilicet habitudine, & ex natura sua: nam servitus, tanquam affectio sequitur naturam fundi, seu predii; sed hoc ex natura sua sunt perpetua: neque enim in rerum natura existere possunt ex tempore, vel ad tempus, vel sub conditione: ergo etiam servitutes

ex natura sua sunt perpetuae. Interim tales conventiones circa servitutem ex tempore, ad tempus, sub conditione, vel in re non perpetua observandae sunt, easque Prator tuerit cit. L. 4. ff. b. t. L. 2. ff. communia predior. Dices: dominum acquiri potest sub conditione, saltem inchoativa L. 38. §. 1. ff. de acquir. usfr. ergo & servitus. 2. Promissio servitum fieri potest sub conditione, vel ex tempore certo; ergo & constitutio, ut indicatur L. 3. de precar. R. ad 1. Neg. conseq. nam dominum, & alia similia iura per se stant, neque sunt affectiones rebus ipsius inherentes, sicut servitutes praediales, que singulare praeditis inherere, & eorum naturam induere. Ad 2. Neg. conseq. nam promissio non afficit induere, sicut servitus constituta, sed tantum personam obligat. lib. 98. ff. de Ver. Oblig. in cit. lib. 3. non agitur de servitute constituta, sed de facultate personali eundi, & ambulandi.

7. Q. IV. *Quae sunt servitutes rusticæ?* R. 1. Iter, seu jus eundi pedibus, equo, sella, aut lectica. lib. 1. ff. de Servitibus Pred. Rust. non tamem jumentum ducenti. 2. *Altius*, seu jus agendi jumentum, aut vehiculum. ibid. atque ita actus materialiter includit iter. 3. *Via*, seu jus eundi, agendi, & ambulandi. ibid. atque ita via includit iter, & actum. 4. *Aqueductus*, seu jus aquam decendi per fundum alienum. citat. lib. 1. puta per canales, rivos, aut aquas ex fonte, aut castello, seu dividiculo, ubi aqua dividuntur in usus prediorum. lib. 19. ff. de Ser. Pred. Urb. His adduntur *aqua haifus*, seu jus aquam haifendi ex fonte alieno, jus ad aquam pecoris, jus pascendi, calix coquenda, arcana fodenda, creta eximenda &c. cit. lib. 1. & 2. b. t. Ceterum, ut dixi, servitutes istae non sunt ex natura sua rusticæ, sed fieri possunt *urbane*, si debentur predio urbano; imo & personales, si debentur personæ, & non predio.

8. R. 2. Si servitus v. g. viat non sit determinata a constitutio, eius determinatio pertinet ad cessionarium, cui debetur. L. 9. ff. b. t. nam licet in contractibus regulariter electio sit debitoris, hic tamen specialiter attributus creditoris, seu cessionario: quia contra eum, qui legem dicere potuit clarius, interpretatione est facienda L. 39. ff. de pali. Semel autem cessione facta non licet variare citat. lib. 9. neque etiam licet pro placito viam determinare, sed cossitler, seu cum minimo detrimento fundi; aliquin, si creditor minus civilem modum elegit, arbitrio est adhibendum. L. 15. §. 2. 2. ff. de Servitibus Pred. Rust. 2. Similiter si servitus legata sit per vindicationem, electione est legatarum; quia testator verba ad illum dirigendo, censetur ei reliquiae optionem arg. L. 19. ff. de legat. 3. At si servitus legata sit per damnationem, seu simpliciter determinatio pertinet ad heredem, pariter civili modo facienda absque incommodo legatarum. L. 26. ff. de Ser. Pred. Rust.

9. R. 3. Habens iter, vel actum, non potest reclamare haltem ferre; quia hec non est necessaria ad cendum, vel agendum. At si viam habeat, upore ampliori, etiam codum versus, rectam haltem ferre potest; caute tamen, ne hafsa ad latum motu fructus edat. L. 7. ff. de Ser. Pred. Rust. Alii nomine *hafsa* intelligunt pediatum, seu exercitum, qui per viam duci possit. Mynsing. Schneidev. Varios causas de servitibus rusticis vide V. ff. de servit. predior. rustic.

10. Q. V. *Quae sunt servitutes urbane?* R. Servitus oneris ferendi, vi cuius partes, aut columnae vicini tenet tenor usus nostrarum adiumenta sustinere; ita ut dominus columnam suam reficeret debet, quatenus sufficiat oneri ferendo. L. 1. 33. ff. de Ser. Pred. Urb. 2. Tigni immittendi ex edibus nostris in edes vicini, ut ibi quieteat. L. 2. ff. ed. Hic nomine rigni venit illa res, que apta est ad immittendum, ut in alieno quieteat, ad projectionem, & protectionem, ut super alienum pendent, non tamen in eo quieteat: cuiusmodi sunt meniana, seu tabulata projecta, & suggerenda, seu subseruenda, a subgrediendo dicta, quia latenter & pariteribus, & tecis progrediuntur. L. 20. pr. ff. ed. L. 24. 2. ff. de Ver. Sign. & tit. ff. de dann. inf. & suggest. 3. *Stilicidii recipiendi*, vi cuius vicinus cogitur in fidem aream recipere aquam ex edibus nostris guttatim cadentem; & non recipiendi, vi cuius vicinus aquam ex edibus suis cadentibus ten-

### De Servitutibus Prediorum.

tus nobis cedere v. g. ad implendam piscinam, cloacam eluendam &c. Est itaque servitus ista duplex; cui simili est servitus averrendi, & non averrendi fluminis. L. 1. ff. de Ser. Pred. Urb. 4. *Altius non tollendi ades*, propter communum nostrum, qua servitute sublata, cuiilibet sicutum est edificare sursum usque ad cocom, & deorsum usque ad infernum L. 9. C. de servitus. modo id non sicut ad annulationem, seu ex malitia: ita ut nullum communum sit adificare. L. 1. §. 12. & per ff. de aqua plus arc. quia malitiis non est indulgendum. L. 38. ff. de Ser. Pred. Urb. Huic contraria est servitus *altius tollendi ades*, que potest esse utilis; ut si vicinus cogatur ades tollere in communione vicini v. g. ut ventus impeditat, vel lumen in officinis mercatorum L. 17. §. 2. ff. de Ser. Pred. Urb. Servitus *luminum*, vi cuius vicinus tenetur pati fenestrarum in suo pariete apertam, per quam lumen descendat in ades nostras; & ideo dicitur servitus *fenestra*. L. 16. cod. In eis autem quicunque fenestra aperit potest L. 2. §. 5. ff. si servitus vindic. ibi: in suo, quamvis in civitatibus plerumque prohibentur fenestrae prospectiva in domum alienam arg. L. 12. §. 1. C. de edific. privati. 6. *Ne luminibus officiatur*, vi cuius vicinus nec altius adificare, nec aliud facere potest, quo coeleste lumen adifici non ministrat. L. 4. ff. de Servit. Pred. Urban. 7. *Servitus prospectus*, seu in prospectu necessariis, qui quis prohibeat in parte superiori, vel inferiori ponere, quo liber prospectus impeditatus ad mare, viridaria &c. Hec servitus latius patet, quam prior, & ista latius, quam servitus altius non tollendi. His additum jus cloacæ, jus immittendi. sumum ex taberna, cafeteria L. 7. ff. de Servit. Pred. Urban. cap. 8. §. 5. ff. si servitus vindic. & cetera similia iura.

11. Q. VI. *In quibus convenient, & differant servitutes rusticæ, & urbane?* R. 1. convenient in seqq. Omnes sunt incorpores, praediales inherentes, causam certam habentes, individue: cum v. g. pro parte non possit ire, & pro parte non ire, in communione predii dominantis, omnes fundat novi operis numerationem, actionem confessoriam, & negotiorum, omnesque constitui possunt actu inter vivos, vel ultima voluntate, non tam in locis factis. Ita hec, & plura alia inveniuntur ita: communia predior. tam urban. quam rustic.

12. R. 2. Differunt notabiliter in seqq. 1. Urbana solo non utri amittitur, sed contradictione, & parentia secuta; rusticæ vero solo non usu perduntur. L. 6. ff. de Ser. Pred. Urb. L. 19. §. 1. ff. quemad. Serv. amitt. 2. In rusticis primum medium liberum impedit servitum L. 7. 31. ff. de Ser. Pred. Rust. non vero in urbanis; quia v. g. servitus altius non tollendi potest debeti a tertia, quarta domo, eritque tandem utilis, quandiu intermedio domus non tolluntur. L. 4. 5. ff. si servit. vindic. 3. Urbana predia debent esse in conpectu, non vero rusticæ L. 38. de Ser. Pred. Urb. 4. Servitius urbana nequit pignoriari, bene vero rusticæ L. 11. & 12. ff. de pignorib. sed probatius neutraria potest pignori dari: quia ejus causa non est perpetua, licet conventionis talis sustinente, ut commodities pignori data profici creditori cit. L. 12. cuius ratio aque procedit in servitius urbana, ac rusticæ.

13. Q. VII. *Quomodo servitus interrumptus, seu impeditatur?* R. 1. Rustica interrumptus interpositione predii liberi. L. 7. in fin. ff. de Ser. Pred. Rust. sic enim cessat servitus aqua dicenda ex predio A ad proximum C, si metit libicum primum B per quod aqua duci debetur arg. L. 31. cod. Urbana vero servitus non alterius interrumptus, quam si cesset ejus utilitas v. g. si intermedia libera domus impedit prospedictum: sicut enim fructuosa est servitus in domo remotione. L. 4. in fin. & 5. ff. si servitus vindic. 2. Lucas facit servitum, & postea vendatur, manet liberum: nisi nominatum ei servitus imponatur. L. 30. ff. de Ser. Pred. Urb. quia servitus temel extinta, sine nova causa non reviviscit. 3. Si confusio facta sit per additionem hereditatis, hac vendita servitus redit in proximum statum. L. 8. ff. commun. pred. quia vendita confusa hereditatis gravata, sicut ante fuit, & consequenter venditor manet sua servitus. L. 2. §. cumque ff. de heredit. vendit.

Hec doctrina de servitutibus proportionaliter applicanda est aliis iuribus realibus; ut iuri venandi, calciandi coquendi &c.

### T I T U L U S IV.

De Usufructu.

A Gitur de hac materia in Pandectis lib. 7. per tot. 1. In Codice lib. 3. tit. 33.

1. Praecipua species servitutis personalis est *usufructus*, qui definiri quod sit ius reale alienis rebus uenendi fruendi, salva rerum sustentatione, pr. b. t. Dicimus 1. Utendi fruendi per modum differentia ab usu: nam usfructus est percipere omnes fructus extra fructaria, nisi vero est percipere fructus tantum necessarios ad quotidianam sustentationem. Dicimus 2. *Salva rebus*

rum substantia, quia usus, est ius in corpore, quo  
substat, & ipsum scilicet necesse est pr. h. t. tum quia  
usu, constitui debet in re ut non consumptibile, &  
per quod differt a quasi ususfructu in rebus fungibili-  
bus constituti solito. Porro ususfructus dividitur 1. in  
formalem mox definitum, qui separatur a proprietate;  
ita ut penes alium sit proprietatis, penes alium ususfructu-  
tus; & causalem, qui coniunctus est cum sua causa,  
sua proprietate rei, dum quis utitur fructu jure domi-  
ni; & de hoc in presenti non agitur 2. In ususfructu  
proprie, talem autem definitum, & imprimita-  
lem, seu quasi ususfructum, qui ex Senatusconsulto  
constituitur in rebus fungibiliibus; ut vino, pecunia;  
eoque fructu tantummodo restituuntur 3. Ex modo con-  
stituendi in legalem, judicalem, & conventionalem,  
ut mox dicetur.

2. Q. I. Quis, & cui constitutere possit ususfructu-  
num? R. quilibet plenus iure dominus, liberam habens  
tenet suarum administrationem potest in re sua frugi-  
bus constitutere usumfructu, cuiuslibet capaci juris fructu-  
tus: nam quilibet rei sue moderator est, & arbitratur. L.  
21. C. mandati. Item lex, & quandoque iudex con-  
stituit ususfructum: pro quo.

3. Q. II. Quo modo constitutur ususfructus? R.  
1. Conventionaliter constituitur factio dominis, se felicitate  
vel ultima voluntate, vel actu inter vivos per stipula-  
tionem, donationem &c. §. 1. h. t. 2. Legaliter consti-  
tuitur proxime a lege, seu ab ipso Jure; quemadmo-  
bet pater in bonis adventiis filii l. 6. C. de bonis,  
one liber. 3. Judicialiter constituitur per sententiam Juri-  
dicis in judicis divisionis familiae hereditanda, comuni-  
cione dividendo; si enimmodi dividiti nequeant,  
solus Index adjudicaturi proprietatem, & alterius usus-  
fructum. l. 6. ff. b. t.

4. R. Ususfructus constitui potest pure, vel sub con-  
ditione, aut ex die, pro parte divisa, vel individuali.  
l. 4. 5. h. t. nam ususfructus commensuratur fructibus, qui  
conditionem, diem, & divisionem recipiunt; secus est  
in servitibus predialibus, que sunt naturam imi-  
tantes, nec conditionem, nec diem, nec divisionem  
recipiunt. l. 17. ff. de servit. 2. Reliqui potest usus-  
fructus, vel particulariter in certa re, vel simpliciter, seu uni-  
versaliter in omnibus rebus; & hoc modo extendit se  
ad omnia præcia rustica, & urbana, omnem suppelle-  
tatem, mancipium, & nomina debitorum adiutorium.  
l. 17. ff. de ususfr. legat. non tamen ad legitimam libe-  
ratorum, quae sine onere relinquunt datur. Si tamen libe-  
ratorum, & matre legetur ususfructus, legitima prius non  
est descendens, cum alimenta habeant ex ususfructu. l.  
8. ff. de ususfr. accrescendo.

5. Q. III. In quibus rebus constituti possit ususfructu-  
sus? R. in omnibus rebus fructuacione accommodatis; pu-  
ta immobiliis, mobiliis, corporaliis, incorporaliis;  
ut sunt nomina l. 3. ff. de ususfr. ear. rer. scien-  
tia, iumentis, & aliis rebus ut non consumptibili-  
bus. l. 3. §. 1. ff. h. t. ibi: constituti (constituit) autem  
ususfructus non tantum in fundo, & eis, verum etiam  
in servis, & iumentis, certe ruris rebus, excepto fun-  
gibiliis, quae sunt materia quae ususfructus.

6. Q. IV. Quid Juris habeat fructarius in se in  
corporibus, seu rebus ususfructui subjectis? R. 1. Per-  
cipit omnes, quod ex re nascitur, vel ex causa rei pro-  
venit; & quidem l. omnes fructus naturales; ut sunt  
ex agris pomis, segetes, ex pecudibus lac, lana, feta-  
tus, apium favi; item crea, lapides ex lapidicinis, &  
cretidofinis, metalla, & marmora. l. 9. ff. b. t. Par-  
tibus tamen ancillæ non est in fructu, sed credit domi-  
natio proprietas. l. 68. cod. quia dignitas dominis non  
patitur, ut homo sit in fructu, cuius gratia omnes fruc-  
tus regum natura comparavit. l. 37. de Rer. Divisif.  
iusti ipse pars ususfructui subiectetur. l. 68. ff. b. t.  
2. Percepit omnes fructus civiles; ut sunt pensiones  
redditorum, ac ..., navium, servorum, & altarium re-  
sum locatarum. l. 7. 12. §. 1. & seqq. ff. ed.

7. R. 2. Si in silva cedat est ususfructus, potest  
fructarius in ea arbore cedere, non attento modo,  
tempore, & qualitate utendi a domino servari solitus;  
dummodo tota substantia silvae salva maneat. l. 30. ff.  
de Verb. Sign. l. 9. §. fin. l. 48. §. fin. ff. b. t. nam  
fructus silvae est cedere arbore. Nec obstat l. 10. cod.  
nam, ne contradicat alii, commode explicatur de illo  
fructuario, cui non ipsius silve, sed fundi haben-

tis accessoriis silvam ususfructus. reliquias est; & es omni-  
no cedere potest tantum ramos, qui silvam impediunt,  
& pedamenta, seu palos ad usum vinorum, eo modo,  
quod dominus cedere solebat. cit. l. 9. §. fin. ff. cod.  
At arbores grandes, dicta concessio non sunt in fruc-  
tu, adeoque fructarius non potest eas cedere l. 11.  
cod. immo nec maritus. l. 7. §. 12. ff. solut. matrim.  
nisi ususfructus, qui conjunctus est cum sua causa,  
sua proprietate rei, dum quis utitur fructu jure domi-  
ni; & de hoc in presenti non agitur 2. In ususfructu  
proprie, talem autem definitum, & imprimita-  
lem, seu quasi ususfructum, qui ex Senatusconsulto  
constituitur in rebus fungibiliibus; ut vino, pecunia;  
eoque fructu tantummodo restituuntur 3. Ex modo con-  
stituendi in legalem, judicalem, & conventionalem,  
ut mox dicetur.

8. R. 3. Venatio, piscatio, aequipum tunc solu-  
m in fructu, dum fructus fundi ex aliis venatione con-  
stat. l. 9. §. 5. ff. b. t. l. 26. ff. de ususfr. ubi Julian  
venatione, fructus fundi negavit esse, nisi fructus  
fundi ex venatione constet. cum animalia feræ non sint  
fructus fundi. Jam fructarius habens ius venandi, non  
potest impediri in libero usu venatione intra suum  
fundum; immo etiam ex roboretis potest feras pro suo  
fundu adhibere, dummodo finito ususfructus, ut feras relin-  
quas, quae invenit. l. 62. ff. b. t.

9. R. 4. In perceptione fructuum naturalium, &  
civilium est notable discrimen: nam fructus naturales  
etiam maturi non prius cedunt fructuario, nisi ipse eos  
perceperit, seu separaverit a solo, & corpore. §. 36. de  
Rer. Divisif. Unde si fur fructus maturos decerpit, so-  
la actio furri fructuario competit; cum ejus interierit  
fructus non suffit decerpere: condicione vero fertiva  
competit domino proprietatis l. 12. §. fin. ff. b. t. E  
contra fructus civiles ex locatione ædium, & opera-  
rum, cum singulis momentis cedant, statim acquirun-  
tur fructuario pro rata temporis. l. 26. cod. Unde si  
domum locavit pro uno anno 100. florens, & intra  
medium annum mortuus est, 50. percipit, reliquias 50.

10. R. 5. Fructarius potest commoditatibus fruc-  
tuorum vendere, donare, locare, immo & usumfructus, pigno-  
ri dare. l. 12. §. 2. ff. & l. 6. C. h. t. nam hec omnia  
sunt fructus rei, & per alium fructus ipse fructu vide-  
tur. l. fin. ff. de ususfr. 2. Reliqui potest usus-  
fructus, vel particulariter in certa re, vel simpliciter, seu uni-  
versaliter in omnibus rebus; & hoc modo extendit se  
ad omnia præcia rustica, & urbana, omnem suppelle-  
tatem, mancipium, & nomina debitorum adiutorium.  
l. 17. ff. de ususfr. legat. non tamen ad legitimam libe-  
ratorum, quae sine onere relinquunt datur. Si tamen libe-  
ratorum, & matre legetur ususfructus, legitima prius non  
est descendens, cum alimenta habeant ex ususfructu. l.  
8. ff. de ususfr. accrescendo.

11. R. 6. Que sunt obligaciones, & onera fruc-  
tuaria? R. 1. Fructarius ante omnia tenet domi-  
nino proprietatis praestare cautionem idoneam de uten-  
do boni viri arbitriau, & de restituenda re quo ad pos-  
sessionem, & fructuationem l. 1. pr. ff. Ufusfructus, quem  
adm. ear. l. 13. pr. ff. b. t. l. 4. C. cod. de quo plu-  
ria infra. 2. Teneat utruius, sicut bonus paternam, ut  
silvam servet substantiam rei, non vero deteriore reddat. l. 13. §. 4. ff. b. t. 3. Potest meliori modo facere  
cautum proprietatis, ut defributus cit. l. 13. §. 4. & seqq.  
ipsum tamen statim rei fine licentia dominum im-  
mutare nequit, amplianda, detrahenda, rectorium, seu  
incrustationem nudo patet impendere, inchoata per-  
ficiendo; nisi necessitas postuleat proper fructus colli-  
gendas, ibid. & l. 44. cod. quia renovatio ita possit  
fieri camponia domino. 4. Teneat sarta testa confer-  
vare, tales non tantum necessarias, sed & voluntaria-  
rias modicis sumptibus reficeret. l. 7. §. 2. & fin. l.  
9. ff. b. t. Ea tamen, que vertutate corrumpunt, re-  
ficere non tenetur, nec sumptus magnos, perpetuam  
rei utilitatem concidentes facere, ibid. aliquo eos  
repetere negotiorum gitorum actione. l. 7. C. b. t. 5.  
Teneat gregem universum relatum conservare, & consi-  
st in locum demortuarum ovium alias ex agnatis substi-  
tutere. §. 38. de Rer. Divisif. l. 68. in fin. ff. b. t. ego  
a cori, si nullæ oves agnate sunt, non tenebit  
fructarius complete numerum capitum defunctorum.  
Idem dicit de arboreis: quia in locum demortuarum  
arborem tenet alias ex seminario substituere l. 18.  
ff. b. t. non vero in locum evulsarum, que cedunt

pro-

proprietario. l. 59. cod. 6. Teneret praestare medica  
tributa, non etiam ea, que absorbent usumfructus, item da-  
re salario, & alimenta servorum, & impensa valeru-  
dinis, & alia consueta, quibus ususfructus gravatur. l. 7.  
§. 2. l. 45. ff. b. t. 7. Teneret compensare omnia da-  
mina illata etiam per culpam levissimam l. 1. §. fin. ff.  
Ufusfructus, quemadmodum, ear. quia totus ususfructus cedit  
in eius commodum. Inveni conveniri potest ex L. Aquilia.  
Interdicto quod vi, aut clam, & actione furti. l.  
13. §. 2. b. t. 8. Onera, & debita hereditaria, & lega-  
tis non teneret solvere fructuario, etiam si universali  
omnius bonorum: nam horum solutio pertinet  
ad heredem. l. 1. C. si cert. petat. l. 2. C. de  
hered. vend. l. 33. ff. de legat. 2. tum quia heres cre-  
ditoribus defuncti obligatur ex contracta, & legatariis  
ex quasi contractu: sed fructuario, etiam universali  
non supponit esse heres, sed legatarius; ergo.  
Excipe legata annua, qua communiter ex fructibus  
anni solvantur; adeoque eorum solutio pertinet ad fruc-  
tuario, l. fin. §. 4. C. de bonis, que lib. ibi: fin  
autem legata annalia immixta. l. 66. §. 2. ff.  
quand. dies legat. Dices: Hoc modo gravabunt heres,  
qui tamē de fructibus nihil percipiunt. R. herediti  
hoc esse beneficium, quod ex bonis defuncti tamē  
deducere, & divendere possit, quantum necesse est ad  
hereditaria onera, & legata statim excludenda. l. 69. ff.  
ad L. Faecia. l. fin. ff. de Ufusfr. & ususfr. leg. l. fin.  
§. 4. C. de bonis, que lib. reliquam vero substantiam  
tradet fructuario utendam frumentum. Si in legato specie  
proprietatis uni, & alteri ususfructus, sit, ut  
que utetur fructuario, ne proprietatis uni sit inutilis, nisi  
alia mens testatoris appareat. lib. 19. ff. de ususfr.  
legat.

12. Q. VI. Quid sit jus accrescendi in ususfructu?  
R. 1. Et jus retinendi partem deficiente alterius  
legatarii, qui noluit concurrendre ad legatum, seu illud  
repudiavit. Locum habet inter legatarios conjunctus  
re, vel re, & oratione; & probabilitate sola oratione,  
quibus eadem res in solidum legitam est: tunc enim si  
alter legatum acceptata nolit, portio eius accrescit al-  
teri collegari. De hoc jure accrescendi ago in Jure  
Can. lib. 3. tit. 26. n. 58. Vide in Pandectis tit.  
de ususfructu accrescendo.

13. Q. VII. Quando dies ususfructus legati ce-  
dat? Dies cedit, quando legatum debet incipere, licet  
necedum peti possit. Dies venia, quando debet, &  
licet necedum peti possit. Dies venia, quando debet, &  
licet necedum peti possit. l. 213. cedere. ff. de Verbor. Sign.  
jam.

14. R. Dices legati ususfructus primum cedit, &  
venit a die aditus hereditatem. l. 1. §. dies ff. quando  
dies ususfr. l. 2. ff. quand. dies legat. nam ante aditum  
hereditatem fructus cedetur; quia, citius mortuo  
fructuario, ususfructus perforce coharentis non trans-  
mittitur ad heredem eius. Idem ob eandem rationem  
descendit, si ususfr. reliquias sit sub conditione, vel  
ex certo die: tunc enim dies illius non cedit, nisi po-  
sit conditione, vel die. At contra si proprietas pure  
legata sit, dies illius cedit statim a morte testatoris;  
quia tale legatum transmitti potest in heredem legata-  
rii; venit vero dies post aditum hereditatem, quo tempore  
peti potest. l. 5. pr. 1. ff. quand. dies legat. cedere.  
De quo in Jure Can. lib. 3. tit. 26. n. 61. Vide  
tit. ff. quando dies ususfructus legati cedat.

15. Q. VIII. Quo modo, & in quibus rebus con-  
stitui possit quasi-ususfructus? R. 1. Constitui potest  
ex Senatus Consulto innominato (necedum enim non  
nomen eius cognitum est) per ultimam voluntatem, &  
per actum inter vivos. l. 2. b. t. ubi Imp. docet quasi-  
ususfructus constitui ad similitudinem veri ususfructus;  
ergo non tantum ultima voluntate, sed etiam  
actu inter vivos constitui potest; licet frequenter ultima  
voluntate constitueretur: quod, & non plus pro-  
bant exempla, & l. ff. de ususfr. earum rer. & §. 2.  
b. t. 2. Constitutio ita sit remedio introducta, seu cau-  
tione, quam invicem corporis præstari voluit Senatus.  
2. Sit in rebus fungibiliibus, seu uti consumptibiliibus,  
que numero, mensura, & pondere constat; ut sunt  
vinum, oleum, lana, aromata, odores, pecunia &c. &c.  
2. b. t. idque utilitatis causa: tum ut plures res in  
ususfructus deduci possint; tum ut voluntates ultime suam  
fortitudinem effectum. Differit ergo quasi-ususfructus, a vero  
ususfructu: quia in quasi-ususfructu res est fungibiliis,

super quae proprieitas transit ad fructuarium, & ab eo con-  
sumuntur: neque aliter extinguitur, quasi-ususfructus, nisi  
mortuus naturali aut civili fructuarii. l. 7. §. 10. & fin.  
ff. de ususfr. ear. rer. secus est in vero ususfructu.  
Item differt a muuio: quia muuio quandocunque re-  
peti potest, & redi debet res ejusdem generis, & bo-  
nitatis. l. 2. 3. ff. de R. C. e contra res quasi-fruc-  
tuario repeti nequit, nisi mortuo fructuario, nec de-  
terminate redi debet res ejusdem generis, sed alterna-  
tive, vel res ejusdem generis, vel estimatio rei. §. 2.  
b. t. & l. 7. ff. de ususfr. earum rerum, que ususfr.  
consumantur. Ubi de hoc pluram legere poteris. Exemplum  
de vestimentis. §. 2. b. t. possumus excitare questionem,  
an super illis constitutus quasi-ususfructus? Affirmat  
Hunn. Fach. & alii. Distinguunt Harpi. cum aliis, di-  
cendo in vestibus quotidiani esse quasi-ususfructus, in  
vestibus vero rari usus, ut sunt scenice, festiva, hu-  
gabres, verum ususfructus. Sed sine distinctione.

16. R. 2. Velimentorum est verus ususfructus. Ita Ba-  
chov. Zoes, & alii ex L. 15. ff. de ususfr. ubi Ulp.  
§. 4. in vestimentis ordinariis, & §. 5. in vestimentis  
scenici admitit verum ususfructum: tum quia Ru-  
brica de hoc agit: tum quia Jurisconsultus dicit fruc-  
tuarium ita mihi debere, ne abutatur; re autem quasi-  
fructuario abutit licet. Ratio est, quia vestimenta licet  
utriusque alteri uteretur; non tamen utri confunduntur, sicut na-  
vis. Differunt inter vestes ordinarias, & scenicas,  
sunt rari usus dat Ulpian. l. c. quia iste locari pos-  
sunt, non illae. Nec obstat §. 2. b. t. nam vel lectio  
merita est, vel explicanda quod seculi. nomine  
vestimentorum veniat materia; ex qua per in-  
motuacionem formæ vestimenta fieri solent. Exemplum  
similis explicacionis habes §. 25. de rer. Divisif. de spis-  
cis & frumentis excusis.

17. Q. IX. An cautio sit de necessitate, & sub-  
stantia veri, quasi-ususfructus? R. 1. Cautio idonea  
est, quando retinendi partem deficiente alterius  
legatarii, qui noluit concurrendre ad legatum, & quidem in usu-  
fructu de fructu aero, & de restituenda, sicut sub-  
stantia rei; in quasi-ususfructu alternative, vel de re-  
linquenda re ejusdem generis, & bonitatis v. g. de si-  
milis vino, oleo, &c. vel de praetenda estimatio rei.  
l. 1. pr. ff. de ususfructus, quemadmodum, ear. l. 7. ff.  
de ususfr. ear. rer. Iones cautio est fidejussionis, vel per  
signatoria iuratoria; verum non sufficit, nisi inopina fruc-  
tuario aliam non suppediet, l. 6. ff. si cui plus mo-  
dum, vel perfruuntur sequentur penes honestum  
virum, qui fructus colligat fructuario. arg. l. 5. §. 1.  
ff. in legat.

18. R. 2. a. Testator non potest remittere cautionem  
super ususfructus a fr. legato. Ita l. 1. C. b. t. l. 6. ff.  
in poss. legat. ubi permititur exactio cautionis, licet  
est probitudo sit a testatore. Ratio est, tum favor ha-  
reditis; tum ne remissio cautionis invitaret fructuarium  
ad delinquendum, seu male utendum; qualiter etiam  
dolus furoris remitti nequit. l. 27. §. illud. ff. de  
ususfructu.

19. R. 3. Cautio non est de substantia veri, vel  
quasi-ususfructus. Ita communis. DD. contra Gail,  
Schneidev. Bachov. & alios volentes quasi-ususfructum  
non confundere sine cautione. Pro. prima pas ex L. 71.  
ff. ad L. Faecia. ubi Jurisconsultus dicit cautionem  
istam remitti posse ab herede, in cuius favorem intro-  
ducta est; ergo non est de substantia ususfructus; alias  
remitti non posset: tum quia ipsa lex certis personis  
remittit cautionem; ut parvi in bonis adventitio filii.  
l. fin. §. 4. C. de bonis, que lib. Donatori omnium  
bonorum, qui sibi ususfructus reservavit. l. 19. §. 1. ff.  
de re jud. Fisco l. 1. §. 18. ff. ut legator nomin. Se-  
cunda pars prob. ex L. 5. §. 1. ff. de ususfr. ear. rer.  
ubi constitutus ususfructus, absque cautione, quia constante  
ususfructu, condic potest: eo vero finito, quantitas condi-  
cenda est. Idem colligitur ex L. 7. in fin. ff. ususfr.  
Fruct. quemadmodum, ear. l. 9. §. Marcellus ff. ad exhib-  
end. Ratio est, quia cautio ita est in favorem pro-  
prietarii, cui unique renunciare potest, & cautionem  
remittit. Dices: Cautio ita introducta, & precepta  
est a Senatusconsulto L. 2. 4. ff. de ususfr. ear. rer.  
tenetque vicem corporis, fine quo ususfr. non potest  
concipi. R. ex Senatusconsulto necessitas introducta  
est ex parte fructuario; non vero ex parte domini, cui  
liberum est jus suum diminuere, & cautionem remi-  
tttere:

ter: sufficit autem, quod obligatio tantumdem praestandi vicem corporis suppletat.

20. Q. X. Quibus modis amittitur ususfructus? R. 1. Morte naturali fructuariorum, cuius ossibus cohaeret §. 3. b. t. l. 3. C. ed. nos tamen morte proprietarii, vel factio ejus; ut donatione &c. l. 17. §. 1. ff. de ususfr. quia usus nulla societate dominii conjunxit. l. 44. §. non mutat. ff. de ususfr. 2. Si ususfr. conductus est a fructuario, morte ejus expirat l. 9. §. 1. ff. locis, quia locatio ista mensuratur secundum usus fructuariorum; et morte conductoris non expirat, quia heres ejus continua condicione usque ad tempus convenientium. l. 10. C. de locato. E contra ususfructus conductus a domino pleno, hujus morte non expirat, l. 3. C. b. t. quia heres tenet stare hac locatione; bene vero merite conductoris. l. 10. C. b. t. qui dominus presumit locare conformiter nature ususfructus, qui vitam fructuariorum non excedit. Secus est in proprietate locata, quae transit ad heredem conductoris. cit. l. 10. C. b. t. Aliqui tamen volunt usum, non expirare morte conductoris, quia in cit. l. 10. vivi- detur legendum morte locatariorum, loco conductoris. 3. Ususfructus patri per filium, & domino per servum quesitus, his mortuis, non perit patri, aut domino. l. 15. C. b. t. quia servus in eorum persona fixus conservatur, ne casus filii, aut servus ei noceat. Ete contra morte patri non expirat ususfructus per filium quiescit, l. fin. C. ed. cum plerumque verisimile sit, reflectore contemplatione magis filii, quam patris, usumfructum ei reliquisse.

21. R. 2. Ususfr. expirat morte civili fructuariorum maximam, vel medium capitis diminutionem l. pen. §. ult. C. b. t. quia mors civili, sicut tollit civitatem, ita quoque iura ab illa dependunt. Minima vero capitis diminutio hodie relinquit usumfr. penes arrogatum; cuius tamen commoditas cedit arroganti ibid. An profectio religiosa, seu morte civili, foliatur ususfr. vide in Jure Can. lib. 3. tit. 31. num. 14. in fin.

22. R. 3. Rei interior perit ususfructus; quia est ius in corpore, qui sublate, & ipsum tolli necesse est, pr. b. t. Unde 1. premit pecore fructuario, nec carnis, nec corii utilitas cedit fructuario l. pen. ff. quib. mod. ususfr. amit. 2. Domine fructaria per tuum, vel incendium sublata, ne quidem ergo ususfr. debetur. §. 3. b. t. l. 5. §. 2. ff. d. t. quia solius dominus ususfr. censetur suisse constitutus. 3. Fundo fructuario in aliam faciem mutato, ut si area imponatur infusa, vel ex vinea fiat ager, perit ususfr. l. 5. §. 2. l. 12. ff. d. t. nam nova forma facit rem novam esse. Hoc tamen in casu salvum est interesse fructuario, quoties in prejudiciolum illius res mutatur a proprietario; & ideo si teneat de solo, & interdicto quod vi, ans clam. cit. l. 5. in fin. & l. 6. ed. 4. Si res eadem numero restituatur, redit ususfructus, qui interim suspensus, & impeditus fuit. l. 23. & 26. ff. d. t. & l. 36. pr. l. 71. ff. de ususfr. ubi si tollatur infusa area fructuariorum impensa, si navis diffusa ex iisdem tabulis compingatur; nisi diffusa sufficiat eo animo, ut tabulae alteri usui applicentur, licet mutato confitio iterum ad maxima compendiam affluerint. l. 98. §. aream. ff. de solitum. ubi etiam Paulus doceat usumfr. in seruo manumisso non redire, et si iterum in seruitum veniat: atque ita emendatur sententia Celsi contrariantur opinantur l. 79. §. fin. ff. de legat. 3. E contra si res alia numero restituatur, non reviviscit ususfructus. l. 36. pr. ff. b. t. l. 10. §. 1. ff. quib. mod. amit. ut si dominus diruta, alia numero edificetur etiam ex eadem materia, vel scyphus contractus ex eadem materia refundatur &c.

23. R. 4. Ususfructus amittitur cessione domino facta; vel si dominus proprietatem cedat fructuario. §. 3. b. t. l. 27. ff. quib. modis ususfr. quo casu intervenit consolidatio; quatenus ususfr. conjunctus proprietati eam solidam & integrum facit. Ratio utriusque est, quia res sua nemini servit. Item redditus ususfr. ad dominum laetus temporis, vel deficiente conditione, pro qua, & sub qua sunt continuas. l. 5. C. b. t.

24. R. 5. Perit ususfructus non-usu, si fructuario nec per se, nec per alium utatur. l. pen. pr. C. b. t. nam hic locus est prescriptione extintive. Unde 1. Si fructuario alteri donavit communitatem ususfructus,

neuro utente, perit; secus si vendidit. cit. l. pen. & l. 38. cum 2. Iegq. ff. b. t. nam donando, non fru- tur; bene vero vendendo, locando, pignorando. 2. E contra si proprietarius usumfr. a fructuario sibi cessum alteri vendidit, aut locavit, neuro utente, perit ususfructus l. 29. ff. quib. mod. ususfr. nam hoc casu, si- cet proprietarius pensionem solvat fructuario, neuter tamen fruatur nomine fructuariorum; non emptor, qui is non emit usumfr. a fructuario; non dominus, qui iste usumfr. sibi cessum suo, & non fructuario nomine possidet l. pen. §. 1. ff. qui satisf. cogant. 3. Non-usu amitti potest certa, vel incerta pars ususfructus. l. 25. ff. quib. mod. ususfr. quia usus, divisionem patitur; ergo pro una parte retinet, & pro altera non usu amitti potest; modo decurrit legitimum tempus, scilicet, decenni, vel vicenni. l. pen. C. b. t. 4. Si ususfr. annis annis legitur, non amittit, non utendo, totius simili, sed per singula tempora annis diversis correpondentia. l. 28. ff. quib. mod. ususfr. l. 15. ff. de annis leg. nam tali casu plura sunt legata l. 13. ff. de ususfr. leg. & oir. l. 28.

25. R. 6. Ususfructus relicitus Corpori, ut Ecclesiae, monasterio, civitati, finitur spatio 100. annorum l. 56. ff. b. t. nam cum Corpus non moriatur, neproprietatis effectu utilitas, determinari debuit aliquod tempus finiendo ususfructus; hoc autem convenienter clauditur spatio 100. annorum, tanquam termino vita longevi hominis. Nec obstat l. 68. ff. ad L. Falcid. nam in ea non agitur de duratione ususfructus, sed de eius estimatione ratione L. Falcid., cuius nomine Reipublice relicitus tanti estimatur, quanti redditus triginta annorum. Excipe 1. nisi prius contingat civitatem pati, hoc est solo equari, vel Ecclesiam destruere sine spe redificandis; quia tunc habent promorta, l. 21. ff. quib. mod. ususfr. nisi civitas nominis, vel monasterium nomine Religio ususfructum habeat: tunc enim civile, vel Religio mortuo, perit ususfr. ex reg. generali, quia civis, vel Religio plus juris non potuit transferre in civitatem, vel monasterium, quam ipse habuerit. l. 120. ff. de Rebus Juri.

26. R. 7. Morte, vel alio modo, finito ususfructus, nec fructuario, nec ejus heres habet actionem realem, vel personalem pro fructibus maturis pendientibus. l. 36. de Rer. Dom. l. 12. §. fin. ff. b. t. l. 13. in fin. ff. quib. mod. ususfr. nam hec, & similia Iuris non alteri concedunt fructuario jus ad fructus, quam si ipse cor percepit: & ideo si praeatorius, fructus sunt proprietarii. cit. l. 36. ergo sicut finito ususfructus, non habet fructuario jus aliquod percipiendi fructus, ita neque illud transmittere potest ad suos heredes. Unde condicio, ut actio personalis pro fructibus negatur fructuario l. 12. §. fin. ff. b. t. ac pro excessis, quas restat in fructus, compensatio ei facienda est, vel ejus hereditibus, saltem de aequitate arg. l. 7. C. b. t. l. 5. pr. ff. fin. matri. non proprietarius cum alterius jactu locupletetur. Quod vero ipso fructus non restituuntur, nulla sit injury: quia etiam fructarius, si ei legatur fructus maturi, ipse eos percipit, non vero dividit cum herede l. 27. b. t. ergo cum sentiat communum, sentire etiam debet onus. Ex his colligies, fructuario certo respectu esse deterioris conditionis, quam bona fide possessorum: nam si fructus suis facit, a quocunque percipiuntur, seu a solo separantur, & jus iustud manifistat ad heredes; immo rem ipsam ususfructus potest. l. 36. de Rer. Dom. l. 13. in fin. ff. quib. mod. ususfr. quorum nihil competit fructuario. Alio respectu fructuario est melioris conditionis; nam fructus rotta vita sua perceptos irrevocabiliter facit suos, corumque dominum transmittit ad heredes: & contra bonae fidei possessorum, re a domino evicta, tenuerit fructus saltem exstantes restituere.

27. Q. XI. Que alio competat pro vindicando ususfructus? R. Confessoria, qui fructuario confitetur, seu pretendent usumfructum sibi in re aliena constitutum; & negotoria, qui dominus negat in re sua constitutum esse usumfructum; seu pretendent fundimelle librum a tali servitudo personalis. Plura in iis. de acti- nib. Vide iis. ff. de ususfr. peratur.

28. Q. XII. Qualis sit servitius operarum servitorum? R. est personalis, seu ius realis, peractio percipiendi omninem utilitatem ex operis servi-alieni. Et hanc pra-

cipia

cipia habet: 1. Dies operarum non cedit ex die adiante hereditatis, sed ex die, quo opere peruntur. l. 7. ff. de ususfr. legat. 2. Operae non-usu, vel capitis diminutione non perent, l. 2. ff. de oper. servor. quia non consentent existere, nisi actu presentur l. 1. ed. 3. Finiuntur morte illius, qui cas debet; non vero morte illius, cui debentur; sed ad heredes tranfert pro toto tempore, quo servus vivit. l. 2. ff. de ususfr. legat. 4. Servo usucapto, opera amplius non debentur, ibid. Ex his patet aliud esse habere usumfructuum servorum, & habere operas servorum. Vide ist. ff. de operis Servi.

29. Q. XIII. An ius decerpderi pomum, spadiani, vel canandi in fundo alieno sit servitus personalis? R. affirmativa cum Zoes, & alius contra Cujac, qui vult eis tantum ius personale: nam hoc modo imponitur ipso fundo aliquod onus contra naturalem libertatem; ergo ius illius est reale, afferens aliquam commoditatem, & utilitatem; sicut amoenitas, & delectio in servitute prospectus: & quia a re debetur personae, recte dicitur servitus personalis arg. l. 15. ff. de Servit. Nec obstat l. 8. ff. ed. nam loquuntur de servitute prediali, non personali.

## T I T U L U S V.

### De Usu, & Habitacione.

A Gitur de hac materia in Pandectis lib. 7. tit. 8. A In Codice lib. 3. tit. 33. de ususfr. quia etiam usus, & habitatio pertinent ad servitutes personalis.

1. Usus est ius reali rebus utendis, salva earum substantia. Habitatio est ius reali incolendi alienas aedes sive earum substantia. Convenient usus cum ususfructu, qui iustum modis, & in iustum rebus cum cautione confitetur, & iustum modis finitur; differt vero, quia minus juris est in usu, quam ususfructu. §. 1. b. t. liquidem ususfructus caput ea colum, que necessaria sunt ad sustentationem quotidianam, non vero superflus ad qualcum, & compendium: at fructarius caput omnes fructus ex re, quos citam vendere, locare, & alio modo distrahere potest. l. 11. ff. b. t. Habitatio pariter iustum modis confitetur cum cautione, & finitur, neque transit ad heredes. Differt ab ususfructu, & usu, quia habitatio tantum in aliibus habitanti causa confitetur; usus vero, & ususfructus, etiam in aliis rebus immobilibus, & mobilibus. Speciales differt ab usu, quia habitatio locari potest, non vero usus; & ab ususfructu, quia non amittit capitatis diminutione, vel non usu l. 10. ff. b. t. Ex his constat ad triplex constitutio posse: iure ususfructus, iure usus mudi, & iure habitacionis. Licit autem usus legari potest in ususfructu, non tamen ususfructus sine usu: cum ususfructu ex natura init commoditas utendit. cit. lib. 14.

6. Q. IV. Que sint onera usuariorum? R. 1. Tene- tur re uti boni viri arbitrio, ut substantia-rei, & fructus superflui sive fuliae substantia proprie- tate. 2. Recitatio rei usuariorum communiter spectat ad dominium, & usuarium l. 18. ed. nam uterque sentit commoditatem rei; ergo uterque sentire debet onus refectionis: nisi talis effert usus, qui rem inirem domino reddetur. ibid. Usuarium tamen fundi non tene- rum cum colere, sed hoc spectat ad dominum, quem tam in colendo molestatre non debet. l. 15. ed.

7. Q. V. An quasi-usus confitimus possit in rebus fungibilibus? R. affirmativa ex Senatusconsulto inno- minato l. 5. §. 2. ff. de ususfr. ear. rer. ubi Jurifundus dicit idem continere usum pecunie, & usumfructus in effectu non differunt.

8. Q. VI. An quasi-usus separari possit a proprie- tate? R. negative ex l. 5. 7. & fin. ff. de ususfr. ear. nam usus fungibilium est ab ususfructu: liquidem fungibilius sive confundatur, atque ita sunt consumptus; ergo non potest confitimus quasi-usus, quia simul concedatur proprietas rei fungibilis. Unde quasi-usus ex Senatusconsulto introductus, est quidem ius realis, sed non diversum a jure proprietatis; adeoque non est usus formalis, sed causalis, seu cum causa proprietatis con- nexus. Confin. ex S. D. 2. 2. 9. 78. art. 1. ibi: Unde in talibus non debet seorsum computari usus rei a re ipsa: sed cuicunque conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res, & proper hoc in talibus fungibilibus per munus trasferitur dominum. Nec obstat e. exitus. §. dicens; de Ver. Sign. in 6. nam textus ibi non procedit de quasi-usu; qui est ius realis utendi fungibilibus, sed de simplici licentia ad nutum Prelati, vel Papae, quam ibi Nicolaus III. vocat usum fatti, & hunc separari a proprietate non nego.

